Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Dominica II: beatus Iohannis episcopus: sermo in quadragesima de Iosep

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

ſolidatur. Dum imminente crucis articulo. & humanitas eius. qualiter per resurrectionem ſit ſublimanda. celeſti luce monſtratur; & quę coętęrnus ſit. in divinitate patri filius. celeſti eiuſdem patris uoce probatur; quatenus aduenienti hora passionis. minus morientem dolerent quę poſt mortem mox glorificandum in homine. in divinitate autem ſemper a ſolo patre glorificatum meminiſſent; Uerum diſcipuli quaſi carnales adhuc. ſubſtantię fragilis. audita dei uoce. timentes ceciderunt in faciem; dns autem quasi pius pomnia magiſter. uerbo ſimul eos & tactu conſolatur & erigit;

& deſcendentibus in qui de illis de monte precepit ihs dicens; Nemini dixeritis uiſionem. donec filius hominis a mortuis reſurgat; uiſionem oſtenſę ſuę maieſtatis ad tempus tacere precepit. ne ſi palam uulgaretur in populos aut diſpenſationem passionis illius idem populi principibus repugnando impedirent. & ſic humana ſalutis effectus qui per ſanguinem eius erat futurus retardaretur; aut certe hi qui eandem uiſionem audientes crediderint. uiſo crucis obprobrio. ſcandalizarentur; Oportunius autem completa paſſione. reſurrectione. & aſcenſione eius in celum. ſimpl & a ſpu ſco apoſtolis predicata eſt. quatenus omnes qui ſacramentis eius initiari uoluiſſent. non ſolum effectum reſurrectionis credere. ſed & iam modum eiuſdem reſurrectionis ab his qui uidebant potuiſſent edicere; Necnon & eternitatem diuinę natiuitatis. quam a patre audierant. cunctis pariter credendam. amandamque predicarent;

Depoſita lectione dominicę tranſfigurationis. ad nram frs kmi conſcientiam reuertamur. & ſi dni gloriam uidere delectat. tranſitus carnalibus deſideriis. ſubeamus in montem uirtutum; ſi ea ueſtimenta dni candidiſſima. pertinere uolumus. mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpr. perficientes ſcificationem. in timore di; ſi uocem di patris audire. ſi conſubſtantialis eius filii maieſtatem. deſideramus intueri. ſtudeamus ſolliciti. peruerſa. & inutilia mortalium uerba declinare; ſtudeamus a ſupuacuis ſeculi fallentis. oculos uertere aſpectaculis. quatenus reſurrectionis nrę gloria coruſcante. & ipſi quidem quem modo nequimus magnalia cnri conditoris uidere ſimul & dicere mereamur. preſtante ipſo. qui uiuit & regnat cum patre. in unitate ſpſ ſci ds. per omnia ſaecula ſeculorum amen;

LXXXIIII dom̄ II
IN QUADRAGESIMA SERMO BEATI IOHANNIS EPI. DE IOSEPH.

Mittitur a iacob patre ſciſſimo ioſeph ſcs ad frs. qui ſcelutem patris ad illos. & ipſorum ad patrem adferret. ut inter abſentes medius utriuſque ſalutis nuntius

gestiss& ut quod de se mente absentes scire
non poterant ioseph referente cognos
cerent. & disiunctos huius relatio un
ger&. quos locorum diuersitas separa
bat. quem cum uenientem de longe conspi
cerent ecce inquiunt. ecce somniator ille ue
nite itaque & occidamus illum. & uideamus
quid portendant somnia eius. o nefanda
rabies iniquorum. non lic& ioseph. non li
c& in quam inpunitum esse quod bonum est.
non lic& meliorem. tutum esse cum malis &
quasi inuidi aliquid perdant. aut dispendi
um alicuius rei incurrant. si e bonorum
uita detrimentum est pessimorum;
Celant mansuetum inuidi. modestum superbi.
probum improbi. mitem tumidi. inimicae
aemulatione lacessunt. patitur ioseph
scs innocentis uitae inuidiam & aemulos in
fratribus sca agitat ut a bonum mali uidere
non possunt. denique uenientem ad se lace
rant. seuiunt. necare festinant. nolunt
meliorem uiuere. nec degeneres ipsi possent
imperia sustinere. cur innocentem
zelas inimica fraternitas. cur inuides
bono. cur pati simplicem non potes. cur
modestum persequeris. cur probum non di
ligis. cur rea innocentis sanguinis in ue
niris. saltim distractus aliquatenus uiuat
ne sit te accusator innocens sanguis ut
in eam aliquando [illegible] existat; ser
uat ibi serua ini mica fraternitas uiuum

quem sentiat aliquando placatum serua
incolamen. quem necessitatis tempore
inueniat prouisorem; Forsitan enim
adueni& tempus. quo eum seruum fecisse
peniteat. parricidium non perpetrasse
conlibeat; Leuius crimen est sem serui
tuti addici grauius nihil est innocentem
animam iugulari. in seruo quod cureris
inuenies. in parricidio non repperies
quod excuses. multis prouides si iustum
distraxeris. tibi nocueris si innocentem
animam iugulaueris; distrahitur igitur
ioseph scs in aegyptum. accepturus totius
prouinciae dominatum; uenundatur
in seruum. in famulum addicitur. in inno
centem fraterna crudelitas operatur;
suscipit seruitutis notam. quem dns prae
parabat ad gloriam. humiliatur ad tempus.
imminente tempore regnaturus. minis
trat ut seruus. ut famulus par& domestica
conpl& officia. nec obsequendo deest
in aliquo. ut humilitate perciper&
quicquid illi ingenuae mentis gloria
praestitiss&; adeo tantum sublimatur
in domo. tantum famulis cunctis prae
fertur. tantum a seruis omnibus hono
ratur. ut quantum ei dominus. tantum
ipse familiae imperar&. fit rector
& praepositus domus. fit cunctis im
perans solus. fit domesticae curae
aptissimus. sed his prosperis caelesti

e

dono concessi. temptatio inimica non
defuit; pudicum iuuenem patrona ad
petit inpudica. ut diabolus qui in eius necem
frs armauerat. contra eum armat &
femineam. sectam haec dī iudicio con
cidit. quam frēs ab eius parricidio se
parauit; Deinde solum sola adgredit &
cum casto puero incesta mulier fabulat;
Tandem inquit querens optatum tēpus
inueni & eē cupiditatem uoluptatis
inplende aptissimum silentium reppe
ri; Nullus int nos arbit testis existit;
nec maritus repperit. nec familia recog
noscit. Nec aliquis de exteris intuetur;
Int nos solummodo causae ē. nullus
potest existere. qui possit quod gerimus
indicare; Fac quaeso quod peto. exple
animum cupientem ut posco. desideran
tis preces nec espernis exoro. ego te mu
neribus honorem. ego marito commen
dem. ego te libertati condonem; nec
quisquā mihi te carior poterit inueniri;
Si mihi quod desidero contigerit adipis
ci; frustra inquit ioseph. frustra niteris
inimica temptatio; Frustra me innocen
tem appetis. frustra castissimo mihi lasci
ue uerba inmittis; ego enim quod loqueris
fugio. quod queris nolo. quod desideras
perhorresco. solum dm̄ uio in caelestibus
dm̄ cuius disciplinā seruo. integritate
diligo. castitatem custodio. si enim dominus

uitae totā potestatem accepi. Si nihil
mihi praeter te mīs dominus denegauit;
quomodo faciā istud quod dicis. ut &
dominatorem dm̄. & patronum tam libe
ralem offendam; nā si in me permen
datium crimen conuerteris. & quod nolo.
me uoluisse defenderis. dī erit
liberare. quem in presenti desidero non
offendere; Igitur postquam ioseph
mulieris blandientis inlecebras. & ser
pentinioris conloquia aspernatur
respuit. d&entus ab eadem. relictis
uestibus fugit; quę cum se publicatā
conspiceret & uociferata clamauit.
& fecerimus quod uitiosa mente
conceperat. in innocentem ipsa con
uertit. & eum uoluisse quod ipsa
non potuit accusauit; fugit igitur
ioseph. fugit inquam nudus pudicitia
& castitate uestitus; fugit relictis ues
tibus. innocentia qua indicerat tectus &
cui inpudica mulier indumenta de
traxerat. cum scilicet ipsa tegebat habe
tu detestanda mulier uestimenta que
teneas. habe exuuies quas in tegumentū
defensionis facere tulisti. habe apud te
testimonium pudici uictoris. confinge
facile calumnias necte. marito persua
de. conscientiā tuam non fallis. qua
supera tantae ab inno cente cognoscis;
Letabatur interea ioseph pudicitiae.

perfecisse bellum · pegisse castitatis proelium ·
pugnam innocentię superasse · in qua
pugna lasciuia uincitur · calcatur petu
lantia · omnis inpudicitia detruncatur · tri
umphat castitas · integritas gaudet ·
uictrix innocentia conlaetatur ; sed post
quam mentitur aduenit · detestanda mulier ·
quam libido nuper in perniciem innocentis
accenderat · in eius mox accusationem ex
surgit ; gestabat namque in facie deter
rima mulier dubios et ancipites uultus ·
et alterna coloris intentio · rubor pallori
co mixtus · diuersos mentis aestus uerbis
trementibus proferebat ; ut uideres et
conscientiam uicti facinoris aperiri ·
et innocenti accusationem rabido furore
aptari ; en inquit quem nobis seruum
intuleras · en cui uniuersam domum et
omnia tua gubernanda credideras · hic
mei pudoris raptor · hic pudicitię hostis ·
hic castitatis extitit praedo · quem uix
luctando expuli · uociferando carui · pug
nando deuici ; putauit me quoque sibi
neganda non esse · cui totum quicquid
possides tradidisti ; tunc maritus furias
in se incesse transfert mulieris · tunc
inflammatur insania · tunc saeuitia exci
tatur ; uix a bini(?) abstinet manus ·
uix se se regit · uix cohibet · meditatur
conuenientia sceleri tanto supplicia ; opti
net apud eum falsitas · ueritas premitur ·

in custodiam innocens · qua reus esse noluit ·
religatur ; cur in innocentem grassaris
importuna temptatio · cur appetis
iustum · cur sanctum persequeris ; ioseph
enim innocentia reus est non culpa · casti
tate · non adulterio offendit ; custoditi
pudoris · non uiolati hostis est ; uim pas
sus est ipse non fecit ; iniuriam accepit ·
non inrogauit ; peccauit · quia peccare
noluit · non quia peccauit · qui inmo poe
nam meruit quia peccare pertimuit ; et a licet in
carcerem iustus · conicitur in munda in custo
dia religetur · iniuria in iuriosi est · non in
nocentis ; poena laedentis est non laesi · supplicium
si meruit patiatur · si non meruit ille patiatur
qui inrogauit ; reum peccatum non poena
castigat ; spectat suum supplicium qui
quod patitur non meretur ; sine poena
torquetur · qui interim quod meretur
non patitur ; adeo tormentum quod inrogas
pateris · quod tribues sentis · quod infers
ipse torqueris · nec ulla tibi solatia po
terunt subuenire · nisi iustum a poena uo
lueris reuocare · interea ioseph in carce
rem traditur · in custodia religatur · ex
ultat et gaudet · exultat inquam uictor
et liber · exultat domesticam calcasse ca
lumniam · exultat pudicitię obtinuisse
uictoriam ; licet in carcere moratur in le
sum · quem lasciuia mulier fecerat reum ;
licet hic sine periculo deuersari ·

quod e pudor non licuit domi; fit ioseph
in custodia tutior. In carceris loco securus;
domi ei calumnia non numquam parata. In
custodia innocentia securitatem inuenit; In
carcere enim nullus appetitur. nullus alieno
crimine oneratur; innocens istic tempus
expectat. reus iudicium; nec aliena quemquam
opprimunt crimina. quia nec bona malis
nec mala bonis deputantur aliena; Introiit
custodiam ioseph scissimus. uis tector magis
quam reus. pastor non socius. medicus
non aegrotus; ideo fit cunctorum praeposi
tus. fit prudens omnibus solus. fit in re
orum solacium procuratur; gaude innocentia
et exulta. gaude in qua quia ubique in
laesa es. ubique secura; si temptaris, pro
ficis. si humiliaris erigeris. si pugna rum
cis si occideris coronaris; tu in seruitute
libera es. in periculo tuta. in custodia lae
ta; tibi omnis reatus concedit. tibi uni
uersa maledicta subiugatur; te potentes
honorant. suscipiunt principes. mag
nati exquirunt; et tamen illi te non numquam
desiderant qui inpugnant; tibi boni pa
tent mali inuident; celant aemuli.
inimici succumbunt. Nec umquam po
teris uictrix non esse. etiam si tibi in ho
minibus iudex iustus defuerit. Item eius

Dicti iohannis de confessione peccati.

Confitemini domino quoniam bonus est; spes
medelae purgandi fecit moys. et curam admissi
delicti obtulit. dum qualiter iram di

placare mus ostendit; Non uult peccatoribus
inferre uindictam. qui dare quaerit confi
tentibus ueniam; non enim uult irasci. qui praestitit
ignosci. et sanitati consulit qui medicinam
uulneribus suggerit; misereri cupit. qui post
salutis consilia. et utilitatis remedia tribuit;
ceterum punire non uult. qui ad hoc
praemonet. ne cogatur ulcisci; uult enim
aboleri offensam. si qui offendit damnaue
rit culpam; uult confessione iam uiuat qui
praecepta contempsit ut pereat; et cui pecca
tum attulit mortem. ei confessio ad
ferat sanitatem; confessio enim paeni
tentiam monstrat. paenitentia satisfac
tionem ostentat. satisfactio ueniam sibi
diuinae pietate conciliat; Nec enim poterit
indulgentia tribui. nisi iratus possit confes
sione placari; o ueneranda pietas dei. pecca
mus et parcit. delinquimus et ignoscit.
offendimus et adhuc placatus existit. unde
qualis erga iustos sit monstrat. dum talem se
erga peccatores ostentat; nec peccator
iam poterit excusari. qui confessionem
per quam uenia nascitur. non properauit
amplecti. quo possit reus gemino
crimine detineri. dum primo legem contemp
sit ut delinqueret. et confessionis remedia
amplecti noluit ut periret.
Recepit quisquis es peccator remedia;
qui peccando diuina contempsisti praecepta;
confessio tibi afferat salutem. cui contemptus